# The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

## Voluptas k
cum fonte primo

Indurandus est animus et a blandimentis uoluptatum procul abstrahendus. Vina Hannibalem hiberna soluerunt, et indomitum illum niuibus atque Alpibus uirum eneruauerunt fomenta Campanie: armis uicit, uiciis uictus est.

Seneca ibidem (XXVIII. epistola).

Id agere debemus ut inritamenta vitiorum quam longissime profugiamus; indurandus est animus et a blandimentis voluptatum procul abstrahendus. Una Hannibalem hiberna solverunt et indomitum illum nivibus atque Alpibus virum enervaverunt fomenta Campaniae: armis vicit, vitiis victus est.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 51, 5 (L. Reynolds ed., vol.1, p.134, ll.1-6).